

4. Hoc pensi habentes Confessores nostri, statationi de libertate voluntatis humana; Questionem de causa peccati ordine convenientissimo, subjunxerunt: ne videlicet, negantes libertatem voluntatis in rebus merè spiritualibus, eandem in malis quoque actionibus & peccatis perpetrandis negare, videri queant.

5. Passus est autem hic etiam Articulus mutationis virgulam censoriam, clementiorem illam quidem: sed nihil σφώτερον habentem. Quare in prototypi simplicitate merito acquiescimus.

6. Calumniatur quidem Fabritius, Leodius ille, mutationem hanc ὑπερλόνην fovere, ac blasphemam illam opinionem tacite approbare, quæ sceleratissima quæque facta, necessitati adscribit, & in Deum, qui hoc etiam velit, refert. Sed nemo non manifestam hanc esse injuriam, ex merito maledicendi studio profectam, qui modò ἀνευ προκρίματος verba mutata editionis expendit, facile animadvertit.

7. Ex quo fonte illam etiam accusationem, quâ idem tabula Fabritius, ex loco quodam Commentarij in Epistolam ad Romanos, Philippum Melanctonem, ejusdem blasphemiam teum peragere sonatur, profectam esse, habemus persuasissimum.

8. Ceterum nihil controversia quoad hunc Articulum intercessit nostris Ecclesijs cum cohorte
Pon-